

nem tempore statuto, hoc est in Paschate, id esse intelligendum, nisi legitimus adsit impedimentum, aut grave periculum imminet. Curandum tamen, ut infra duos vel tres Menses, ante vel post, Paschate proximos, quatenus sine discrimine fieri possit, sin minus quavis alio tempore, infra decursum unius anni á Paschate inchoandi, omnino communicent." Esta respuesta de la Sagrada Congregacion del santo Oficio fué aprobada por Alejandro VII y se encuentra en el nuevo Bulario, de Propaganda Fide: tomo 1, p. 131.—Véase á la sétima parte de esta obra donde se hallarán insertas.

En cuanto á la penuria de confesores de que hablan las letras de Urbano octavo, dice Avendaño, que aunque no sea tanta en algunos lugares como en otros, no por eso se ha de restringir el privilegio, que por la concesion es general, y las súplicas se hicieron para las necesidades comunes. Los suplicantes no originaban que unos lugares estaban más necesitados que otros, y el Papa tambien se pudo verosímilmente persuadir de esta diferencia. *Hernaez.*

PREDICACION.

Epistola familiaris quamego Franciscus Xaverius á Lizana et Veavmont, archiepiscopus mexicanus, minimus inter americanos pastores; sed frater et amicus vester, mitto ad vos omnes verbum Dei Evangelizantes, qui estis gaudium et corona mea, circa altissimum ministerii vestri munus, in annuntiando Evangelio Populo Dei.

Admonitio Brevis et ingenua ad concionatores.

"Ne miremini (vinae meae Cooperatores) quod etsi tot, tamque difficillimis negotiis involutus, quae revera cor meum amare affigunt, haec monita vobis dem; nam zelus antmarum mihi commissarum super omnia urget me. Monere vos intendo; non docere: suadere, et rogare; non corrigere. Scitote ergo, quod totus hujus Epistolae scopus eo tendit, ut si forte ob culpam aut negligentiam nostram paucissimi divini seminis fructus reperiantur in terris quas colimus, scilicet animabus, emendemus in melius, quae ignoranter peccavimus: ne loco praemii, quod Dominus offert iis qui bene verbum Dei administraverunt ab initio, audiamus, in die rationis, amare illa verba: *Dicidite á me maledicti, non novi vos.* Fugiamus hoc barathrum, Dilectissimi, et suscipite in signum amoris erga vos hoc rude opusculum quod typis dare volui, non lingua vulgari, sed latina; facili tamen, ut omnimodo honori vestro consulam, qui aliquantulum vulnerari audrem, si Epistola legeretur etiam ab insipientibus, sciolis et mulierculis. Salvete flores

Sponsae meae."

Nos Franciscus Xaverius de Lizana et Beaumont, Dei et Apostolicae Sedis gratia. Archiepiscopus Mexicanus, Regiusque Conciliarius. &c.

Omnibus Praedicatoribus veritatis, salutem in Domino, qui est vera salus.

Venerabiles Fratres: Dno diversi affectus animam meam occupant. Nam etsi á nobis verbum Dei frequenter seminatur, quod gaudio et laetitia me replet; doleo tamen nimis, hoc ipsum verbum quod omni tempore homines ad veram poenitentiam duxit, nostro aevo parum aut nihilum operari et fructificare. Poterat certe Dominus nos manifeste punire. praedicationem evangelicam ad Nationes barbaras transmittendo, et nos haereditatem suam derelinquendo. Sed non sic operatur: flagellat enim nos alio; sed terribiliori modo. Aufert namque fructum, et continet terrorem quod in cordibus fidelium verba aeterna immittere debebant. Conservat equidem Praecones suos in Cibitatibus et Populis; sed tollit virtutem ministerii sui, et replet ariditate et siccitate has nubes olim adeo foecundas.

¡O tempora vere misera! ¡O mutatio lamentabilis morum! ne dicam cordium. Ululate Pastores: ululate et plangite mecum Ministri Domini. ¡Quid est quod verbum divinum, sermo ille et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, ut ait Apostolus: (1) ignis ille pietatem accedens, et quasi malleus conterens petram, juxta Jeremiam; (2) fons ille aquarum currentium usque ad vitam aeternam, diebus nostris virtutem suam perdidisse videatur?

Verbum illud divinum quod in ore Moyses obstupescit Populum Die in ixitu Israel de Aegypto: quod in tempore Eliae dedit gloriam Deo in medio Samariae, eamque servavit adhuc inter schismaticas Tribus: quod annuntiatum per Jonam represent peccata Ninivitarum, et ad poenitentiam reduxit omnes, á Rege usque ad infimum plebis: quod in diebus Jeremiae et Ezechielis substituit Populum captivum in Babylonia, lacrymare fecit peccata sua, manumque Die victricem pro peccatis agnoscere: quod tempore Apostolorum in omnem terram exivit, idola destruxit, Deum notum fecit, mores reformavit, totumque pene mundum ad fidem reduxit: quod sequentibus saeculis tot fecit victorias contra infernum, ¿nonne ipsum est verbum in ore nostro? ¿Nonne qui id annuntiamus plus revera sumus quam Jonas et omnes Prophetas? ¿Nonne doctrina, quam praedicamus eadem ipsa est, quam Apostoli á Domino audierunt, et

(1) Ad Heb. c. 4, v. 12.

(2) C. 23, v. 29.

Denique: ut sciatis nos omnes qui praedicamus, sanctitate ornatos esse oportere, dicite mihi: depravatio morum quae totam terram replet, qualiter corrigi poterit, si virtutibus non abundemus? Vos videtis, et ego vehementer doleo (quidquid dicant qui seminant zizaniam contra Epistolae meas) maledictum, et mendacium; furtum et homicidium; adulterium, fornicationem, avaritiam, luxum, et superbiam Civitates, et vicus inundare: mulierum immodestiam, et virorum ludos execrabilia terram nostram, et bonos mores corrumpere. In tam lucuosa ergo tempestate, quomodo Populum hortabimur, si nos mundi non sumus a malignantate tanta?

Inquiramus et alias causas, quae verbum divinum inutile faciunt. Magnam invenio in defectu Orationis in nobis; haec enim necessaria est, quia praedicatio evangelica opus supernaturale est, quod assequi non possumus, nisi cor ad Deum quotidie levemus, ut labores nostros faveat. Unde clamabat S. Gregorius: (1) *Incassum homo exterius movetur, si intus cor ejus gratia non repletur; est enim mutum os omne, si ille intus in corde non clamat, qui aspirat verba quae audiuntur. Da mihi,* inquit S. Basilius, (2) *navim vacuam, gubernatorem, nautas, funes, anchoras, omnia disposita; et nunquam esse spiritus venti: nonne cessat omnis qualiscumque apparatus, si desit operatio spiritus? Ita, licet sit sermonis ampla suppellex, mens profunda et eloquentia; si non adest Spiritus Sanctus, qui vim suppeditet, otiosa sunt omnia. Laboret ergo Praedicator, ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur; et haec se posse magis pietate orationum, quam Orationis facultate, non dubitet;* verba sunt Augustini. (3) Similiter: Sermonum fructum aufert defectus gravitatis, circumspectionis, et decoris in concionando. Animadvertite ergo Praedicatores, vos legatione Dei fungi ad negotium omnium divinorum divinissimum, quale est cooperari Deo ad salutem animarum. Mementote, locum ubi hoc coeleste munus exercetis, esse Templum Dei vivi; locum vere terribilem, et sanctum, ubi assistunt Angeli: Cathedram esse sedem Spiritus Sancti, non ut eam ascendatis ad opiniones, et scholasticas quaestiones explanandas; sed ut Dogmata Fidei, Leges sanctas, et viam Caeli annuntietis, et doceatis. Si ergo hujus dignitatis oblitus, non ita vos geratis, quem fructum recipiet Populus? Exemplo loquar: Si de avaro illo diviti sermocinando, qui ex inferno Abraham rogabat, ut Lazarum mitteret, opportunam occasionem

(1) In lib. moral.
 (2) Homil. de Spiritu Sancto.
 (3) Doctr. Crist. lib. 4.

omittatis, declamandi contra avaritiam, gulam, luxum, et duritiam in pauperes, aut de inferno loqui; et loco earum veritarum tempus orationis consumitis, in explanandis illis verbis: *inter nos, et vos chaos magnum firmatum est,* (1) et super hoc difficultates, versiones, et glossas exponitis; oleum, et operam perditis, Populumque privatis utilibus instructionibus, quas de rebus supra narratis recipere poterat. *Verbum utique seminabitur, et turbinem colligetis,* ut ait Jeremias. (2) Si ad Cathedram veritatis ascenditis, ut artificiose laudes, et acclamationes hominum captetis picturis, descriptionibus, paradoxis, et discursibus peregrinis; et fortasse gestu, et pronuntiatione theatri, hoc summo opere Deum provocat: sed plus si tremendum ministerium, praedicationis quis audeat maculare verbis scurrilibus, puerilibus, nugacibus, et aliis qui ad rixam, aut curiositatem provocent. O Praedicator! audi millifium: (3) *consecrati os tuum Evangelio: talibus jam illud aperire illicitum, assuefacere sacrilegium est. Verbum scurrile quod faceti, urbanive nomine colorant, non sufficit peregrinare ab ore; procul etiam ab aure relegandum. Foede ad cachinnos moveris; foedius moves.* Et certe quis unquam vidit talia? Praedicator, et histrio: Apostolus, et comicus: Ecclesia, et scena sive theatrum.

Scitote etiam, Dei Adjutores, discretionem, et methodum nobis necessariam esse, in concionando; aliter enim, licet seminemus multum, nihil colligemus: et haec est alia causa inanis fructus praedicationis. Experientia patet, morales veritates in communi promulgatas, parum prodesse; ideoque oportet, eas specificiter explanare, et quod Praedicator singulis loquatur circa virtutes suo statui annexas. Ita Apostolus, Praedicator egregius, suo exemplo nos docet. Tam magnus enim Magister veritatis unicuique suadet juxta virtutes statui analogas. Jam filios, jam patres hortatur: nunc Dominus et servos; maritos et uxores; senes et juvenes; singulis regulas docendo, quae vocationi suae conveniunt. Non aliter vox clamantis in Deserto, Praecursor scilicet Domini: (4) *Divitibus enim, ita loquebatur: Qui habet duas tunicas, unam det non habendi. Publicanis: Non exigatis plus quam quod statutum est, et vobis licet. Militibus: Neminem laedatis, et stipendiis vestris contenti estote.* Ab hac regula non discesserunt Sancti Patres: et si nos eorum sequimur vestigia, singulos admonendo ad virtutes sectandas,

(1) Lucae 16, v. 26.
 (2) Cap. 23, v. 21.
 (3) De consid. lib. 1.
 (4) Lucae 3, v. 11.

vitiaque vitanda, prout eis necesse sit; uberes fructus abs dubio capiemus.

Ante omnia tamen, vobis notum sit; fideles instruendos esse in rebus necessariis ad salutem aeternam; et plus in his laborandum, quam in operibus supererogationis suadendis, quae non sunt de praecepto, licet utiles. Nunquam tamen omitti debet explicatio catechetica Doctrinae Christianae in exordio Sermonis: nam praeterquam quod ita statutum est a Smo. Patre Benedicto XIII, et praeceptum, ut videre licet, (1) Ego etiam praecipio vobis omnibus, cujuscumque dignitatis, status, et praeminentiae sitis, ut in Concionibus, praesertim Panegyricis, Populum instruatis de veritate aliqua, quae ad fidem pertinet, priusquam ad progressum Orationis transeatis. Si aliter feceritis, a munere praedicationis vos abstinere curabo: non enim vos latet ignorantia et oblivio, quae (maxime in plebe infima) viget circa rudimenta fidei.

Curate etiam, ut sententias severas Evangelii, ejusque veritates practicas, ut infallibiles, et aeternas proponatis; videmus namque fatali experientia, plerisque eas ignorare, facillimeque corrumpi cor illorum, qui a depravatione morum, ad incredulitatem transeunt: *Divino enim saepe judicio contingit, ut per hoc quod quis nequiter vivit, perat quod salubriter credit*, ut ait S. Gregorius. (2) Hi caeci, et miseri fidem quidem habent veritatum illarum, quas vocamus speculativas, et quae suis passionibus non obstant nec sensui; credunt enim Unitatem Dei, Trinitatem Personarum, Verbi Incarnationem, et alia ejusdem generis; sed ex corde non credunt severas illas veritates, quae ad normam vitae et morum pertinent, ut sunt: abdicatio rerum terrenarum, humilitas spiritus, cura animae, privatio deliciarum, poenitentia, crux, mortificatio carnis et appetituum, odium mundi, fuga peccati: et haec omnia ignorantes circa fidem passim naufragant. Haec est, et semper fuit via libertinorum, et etiam haereticorum; nolunt enim illa intelligere, ut male agant, et ut conscientiae stimulos et tormenta suffocent.

Nonne videmus passim divites prodigos in mensa, in fastu; et insensibiles necessitatibus pauperum? ita plane lugemus. Et hi credunt illas formidolosae Evangelii sententias: *Judicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam? (3) Esurivi, et non dedistis mihi manucare; sitivi, et non dedistis mihi bibere; nudus fui, et non me cooperuistis? (4) Insuper:*

- (1) In Brevi dato die 24 Augusti anni 1728.
 (2) Lib. moral.
 (3) Jacobi 2. (4) Matth. cap. 25, v. 42.

amatōres mundi et deliciarum, mulieres impudicae, lacrymabili nuditate, vestibus inhonestis, tortis criminibus, depictis coloribus, et aliis infernalibus laqueis ad luxuriam provocantes, credunt intus has aeternas veritates: (1) *Vea mundo ab scandalis? (2) Quantum in deliciis fuit tantum date illi tormentorum, et luctu? Neutiquam.*

Ergo simpliciter necessarium est, ut de his rebus fideles instruuntur, severasque maximas Evangelii intelligant, aut male creditas, aut tam aperte et impudenter oppugnatas a libertinis, quorum fides et mores pari passu ambulant. Et cum haec, et similia Populo annuntietis, iterum, atque iterum cum Apostolo loquimini, dicentes: (3) *Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate.* Aut cum S. Gregorio (4) decite Populo: *Coelestem patriam desiderare, veritas jubet, carnis desideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena non rapere, propria largiri. Penset ergo unusquisque vestrum, si haec vox Dei in cordis ejus aure convaluit.* Negari non postet hanc praedicandi normam valde prodesse, ut veritates fidei corda penetrent, et ex his boni mores exeant. Quae cum ita sint, (5) *Ministri Domini ad annuntiandam voluntatem suam in terram missi!* incredibile ne es inveniri aliquem, qui munus praedicationis exerceat ob vanam hominum gloriam, et temporale stipendium, aut sine sanctitate, gravitate, et prudentia? *!O! utinam me falleret.* Et si qui sunt, hi profecto Sponsam Christi affigunt, ejusque semen divinum suffocant, quibus durissimum judicium erit in die rationis.

Exhortatio ad praedicatores.

Sed ut vos (Venerabiles Archi—Episcopatus mei Praecones) ab hoc barathro fugiatis, hortamur vos in Domino, et rogamus per viscera Jesu Christi, ut in laboribus vestris non aliud curetis, quam gloriam Dei et salutem animarum, exemplo Pauli, qui ita de se ipso loquitur, nos docens: (5) *Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum. Non enim quaero quae vestra sunt vos.* Labor vester purus et rectus magni pretii erit in conspectu Domini; sed inutilis et spurcius, si temporalia luca quaeritis, juxta illam Magni Gregoni sententiam: (6) *Adulter non prolem; sed voluptatem quaerit. Ita vanae gloriae serviens Praedicator, recte adulterare ver-*

- (1) Math. 18 v. 7.
 (2) Apocal. 18, v. 7.
 (3) 2. ad Cor. 13, v. 5.
 (4) Homil. 18 in Evang.
 (5) 2. ad Cor. 4 et 12.
 (6) Moral 8, cap. 16.

lum Dei dicitur; quia per sacrum eloquium non filios Dei gignere; sed suam scientiam desiderat ostendere. Circumdate vos primo Rachelis pulchritudine, et postea assumite foecunditatem Liae. Induite vos duplici spiritu Religionis, hoc est, facite et docete, ut magni vocemini in regno Coelorum. Estote primum sal in vita, et deinde lux in doctrina: sacrati, et sacramentes: perfecti, et perficientes, ut vos hortatur S. Dionysius Areopagita. Recordamini, omnem nostram sufficientiam ex Deo esse, qui idoneos nos fecit Ministros Novi Testamenti, secundum eundem Apostolum. (1) Item, conversionem animarum rem altissimam et supernaturalem esse, ad eamque exsequendam opus esse, naturam humanam vitii depravatam vincere, malos mores persequi, et de rectoribus tenebrarum, Daemonibus scilicet, qui creduliter animas vexant triumphare. Haec autem omnia sine gemitibus et orationibus in Deum non fiunt, Nescitis quod ut Populus Israel Amalecitas vinceret, non arma et scuta pugnantium; sed Moysis oratio id fecit? Sic orationes et gemitus vestri plus erunt ad infernum vincendum, et vitia fuganda, quam voces et verba, licet doctissima sint. Imitamini Salvatorem ipsum, qui priusquam Populum doceret in festo Tabernaculorum, nocte perrexit in Montem Oliveti, ut oraret, et iterum diluculo venit in Templum, ubi sedens docebat. (2) Ipsum aspiciate Pastorem animarum cruci affixum, ibique cum clamore valido et lacrymis se offerre.

Ne obliviscamini gravitatem et altitudinem negotii vobis commossi, sanctitatem, et terribilem locum ubi id adimpletis coram Deo et angelis; et his considerationibus imbuti, decorem servate verbis, actionibus, voce et gestu, juxta illud consilium quod D. Bernardus (3) dilecto suo discipulo Eugenio dedit: *il-le convenientior habitus, si tu actu quidem severus sis, vultus serenus, verbo serius.* Si enim in omnibus in sortem Domini vocatis SS. Tridentini PP. anxie desiderabant, ut vitam suam ordinarent, adeo ut in vestitu, verbis, gressu, universisque actionibus nihil nisi grave et modestia plenum Populus videret, ut ita venerationem omnium mererentur quanto magis his opus erit in Praedicatoribus? Et si non in Monasteriis hos videmus; sed in plateis et publicis locis, aut fortasse extra claustra morantes, et Populum scandalizantes, et postea in Cathedra Spiritus Sancti perorantes, et viam laxam condemnantes, quid Populus de sua doctrina sentiet? Videte vos, o Viri Religiosi! et attendite, si est dolor huic similis: et considerate etiam, vos

(1) 2. ad Corint. cap. 3.
 (2) Joann. c. 8.
 (3) Lib. de considerat. c. 6.

Praedicatorum seculares, quam necessaria vobis sit abstratio et fuga a negotiis, comitiis, sive concursibus popularibus, et nequam vobis licere, cursitare per domos, vicos, et plateas Civitatis: aliter enim sermones vestri sine fructu erunt.

Omnem vos iterum exhortamur, ut misereamini tot animarum, easque ab ignorantia qua jaacent educatis, veritates fidei, regulaeque severas Evangelii continuo annuntietis, super hisque opportunè et importunè instetis, scientes: quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum. (1) O solatium nobis, qui in tantis deliquimus! Sentiamus igitur omnes, et ploremus, quod cum tam multa messis sit, boni operarii sint pauci. Laetitiam demus Sponsae Jesu Christi tam amare affectae, zelo et charitate nos induentes, ut gloriae Dei cooperamur, frumenta non abscondentes in Populo.

Denique: quoad nos attinet, virium nostrarum debilitatem agnoscentes, ut omni gregi nostro attendamus, anxie desideramus multos habere cooperatores in ministerio, praecipue in praedicatione, ut quod nobis deest, ab aliis emendetur. Utinam haberemus spiritum Moysis, ut cum eo diceremus: (2) *Si quis est Domini, jungatur mihi!* Qui habetis zelum pro gloria Dei et salute animarum, venite mecum, et consolamini me: venite inquam, et cooperamini, ut si possibile est, nullus de vinea mea condemnetur. Si tales viderimus operarios, hoc unice cor nostrum satiabit, et in perpetuum gratii animi signa dabimus. Sed si è contrario Concionatores inspicimus dotibus et muneribus supradictis carentes, non vobis durum videatur, si de praedicandi facultate eos suspendamus; et poenas eis debitas imponamus, si quod non speramus, aliqui hoc sacro ministerio abutantur. Fatemur ultimo, hac nostra instructione non nova detegere voluisse, nec aliquid dicere, quod vobis non sit notum: unice desideramus, omnes vos in memoriam revocare, quod viri docti nos docuerunt, ut fructus optimus de laboribus nostris colligamus.

Iterum vos saluto, et humillime praecor, rogare pro me sterili arbore, ut bonos fructus germinem, et pravos cordis mei radices expurgem.

Datum Mexici die III. Decembris labentis anni Domini MDCCCV.

Utinam multis fruar in servitio Dei, utilitateque vestral Valet: et Benedictio Dei Omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos, et maneat semper. Amen.—

(1) Jacob. 5.
 (2) Exod. 32, v. 26.

Franciscus Xaverius, Archiepiscopus Mexicanus.—De mandato Illmi. Domini mei Archiepiscopi.—Dr. D. Dominicus Hernandez.—Srius.

CIRCULAR 1ª Señores Curas &c.

Acompañó á Vdes. una circular, que les instruirá de hallarme Arzobispo electo y Gobernador de esta Diócesis: y consiguiente á las ideas que en ella manifiesto, ordeno.

1º "Que puedan Vdes. hacer uso de las facultades delegadas por mis antecesores para bien de las almas de sus respectivas feligresías y renuevo sus providencias comunicadas en las cordilleras anteriores."

2º "Que se observe puntualmente lo que está mandado por los Concilios Tridentino y tercero Mexicano acerca de la predicacion de la ley Divina en los dias festivos, y especialmente de los diez preceptos del Decálogo y los cinco de la Iglesia."

3º "Que debiendo tener por objeto la predicacion el aprovechamiento de los oyentes, no el aplauso del orador, se prevenga á los que hayan de predicar en las festividades de los santos del título ó devocion particular de los pueblos, que no omitan en el panegirico la explicacion de un punto de doctrina cristiana de los especificados en el artículo precedente; pues siendo en tales dias más numeroso el concurso de los fieles, corresponde aprovechar esta ocasion de instruirles, como cualquiera otra que la discrecion y prudencia de Vdes. hallare oportuna."

4º "Que procuren Vdes. persuadir á los padres y madres de familia de la necesidad y utilidad de instruir á sus hijos en la doctrina cristiana y de destinarles al trabajo y oficio que encuentren más proporcionado."

5º "Que remitan Vdes. á mi Secretaría con la brevedad posible una lista de los vicarios y demás eclesiásticos que existen en sus respectivas parroquias, especificando el destino que tengan y el idioma ó beneficio á cuyo título se hayan ordenado."

Tomarán Vdes. para sí un ejemplar de dicha circular, y dos para los ministros que en su iglesia hubiere.

Dios guarde á Vdes. muchos años. México, Junio 22 de 1815.—Pedro de Fonte.

CIRCULAR 2ª Señores Curas &c.

En cumplimiento de sus deberes pastorales, este Cabildo Gobernador, me encarga manifieste á Vdes. el sentimiento y amargo dolor que le causa la multitud espantosa que circula de libros y folletos en que se ataca descaradamente el dogma sagrado, se burla de la moral pura y se ridiculiza la disciplina constante y no variada de la Santa Iglesia despues del santo

Concilio de Trento.

Seria responsable á Dios de la fascinacion de tantas almas, si por todos medios no procurase esparcir la verdad y refutar la mentira con que los Apóstoles del filosofismo intentan alucinar y seducir á los incautos, recordando y repitiendo errores bajo diversas formas, que ya han sido todas victoriosamente combatidas y dignamente anatematizadas.

Para contener en lo posible todos los males que inundan en varias partes y amenaza un diluvio universal, quiere, ruega y si es posible manda á Vdes. prevengan á todos los eclesiásticos que por su ministerio distribuyan el pan de la divina palabra; se encarguen en todos sus sermones de convertir algo ó algunos de los errores que en tales folletos se producen, pues sobre haber sido esta siempre la uniforme conducta de los padres que rebatieron la herejía y vicios dominantes de su siglo, se autoriza aun la presente por ser, como dice la Constitucion general, la religion del Estado la Católica, Apostólica Romana sin tolerancia de otra alguna.

Pero al mismo tiempo que las circunstancias esto piden, exigen que la prudencia y el zelo acompañen estos discursos: pero sea un zelo *secundum scientiam* cual lo define y describe el Apóstol, y explanó en su Encíclica el Sr. Pio VI cuando el obispo de Pistoia lastimaba con innovaciones la primacia y jurisdiccion de la Iglesia Romana. Quiere si el venerable Cabildo que se impugnen estas novedades, con expresiones moderadas y palabras dignas de la gravedad y decoro que exige la cátedra del Espíritu Santo, sin personalidades ni imprecaciones amargas que más irritan y exasperan, que convengan y muevan; y sin mezclarse lo más mínimo con las leyes y providencias del gobierno, de cuya ortodoxa piedad espera fundadamente favor y sosten la Iglesia Mexicana.

Esto quiere, repito á Vdes., se haga desde á hoy en adelante, no dudando de su puntual observancia, haciendo circular esta en toda su demarcacion á fin de que cada cura lo haga entender á los eclesiásticos de su feligresía para su puntual cumplimiento, y remitiéndola luego á esta Secretaría.

Dios guarde á Vdes. muchos años. México, 8 de Febrero de 1826.—José Joaquín de Conejares, secretario.

CIRCULAR 3ª Señor Vicario Foráneo:

"El Ilmo. Sr. Arzobispo me manda encargue á V. muy particularmente indague con la mayor eficacia y zelo y bajo la responsabilidad de su conciencia, si los curas de la demarcacion de la vicaria foránea cumplen con la obligacion que tienen de predicar la divina palabra en los dias festivos, y no haciéndolo y no bastando las insinuaciones de V., para remediarlo de parte

á S. S. Illma. por conducto de esta Secretaría para tomar las providencias convenientes.

Igualmente quiere S. S. Illma. que notifique V. á los expresados curas de su demarcacion, que no podrán separarse de sus respectivos curatos, sino es con prévia licencia de S. S. Illma. *in scriptis* á no ser en caso muy urgente en que V. pueda concedérselas, dando aviso luego á esta Secretaría. Además de estas disposiciones se me ha prevenido observen Vdes. lo mismo con respecto á los ministros que admiten ó se separen del servicio de su parroquia, lo que suplico á Vdes. en lo de adelante verifiquen, como tambien si tienen las debidas licencias para administrar.—Dios guarde á Vdes. muchos años. México, 14 de Mayo de 1844.

Materias asignadas por el Illmo. Sr. Arzobispo conforme á los números del 82 al 85 de su pastoral de 1848, para las pláticas nocturnas en la próxima Cuaresma (del año de 1852) y dias en que han de verificarse.

DÍAS.	MATERIAS.
Miércoles 25 de Febrero.	<i>Fin del hombre.</i>
Viernes 27 de id.	<i>Pecado Mortal.</i>
Lunes 1º de Marzo.	<i>Reinsidencia.</i>
Miércoles 3 de id.	<i>Incertidumbre de la muerte.</i>
Viernes 5 de id.	<i>Muerte del pecador.</i>
Lunes 8 de id.	<i>Estado del cuerpo y del alma despues de la muerte.</i>
Miércoles 10 de id.	<i>Juicio particular.</i>
Viernes 12 de id.	<i>Infierno, lo que sea en general, debe haberlo y ser eterno.</i>
Lunes 15 de id.	<i>Pena de daño.</i>
Miércoles 17 de id.	<i>Pena de sentido.</i>
Viernes 19 de id.	<i>Eternidad.</i>
Lunes 22 de id.	<i>Necesidad de la Penitencia.</i>
Miércoles 24 de id.	<i>Misericordia de Dios en recibir al pecador.</i>
Viernes 26 de id.	<i>Parábola del Hijo Pródigo.</i>
Lunes 29 de id.	<i>Pasion de Jesucristo Ntro. Señor.</i>
Miércoles 31 de id.	<i>Imitacion de Jesucristo Ntro. Señor.</i>
Viernes 2 de Abril.	<i>Perseverancia.</i>
Materias para las pláticas vespertinas en los domingos de Cuaresma.	
Domingo 1º.	<i>Exámen de conciencia.</i>

Domingo 2º	<i>Contricion.</i>
Domingo 3º	<i>Confesion.</i>
Domingo 4º	<i>Satisfaccion.</i>
Domingo de Pasion.	<i>Preparacion para la Comunion</i>
Domingo de Ramos.	<i>Efectos de la buena y mala Comunion.</i>

CIRCULAR 4ª Señores Curas &c.

“Los señores gobernadores de la Mitra han tenido á bien acordar diga á Vdes., que aunque los señores sacerdotes al anunciar á los fieles la palabra de Dios se ocuparán exclusivamente de conceptos religiosos, únicos propios para ser tratados en la cátedra del Espíritu Santo, con todo, como por falta de explicacion, pudieran equivocarse en algunas frases ó palabras con asuntos mundanos; se les encarga que se expresen con claridad para ser entendidos de todos sus oyentes. Que piensen bien que hablan allí como ministros de Jesucristo, y que seria una profanacion de su santo carácter el no ceñirse á desempeñar sus funciones con todo desprendimiento de las cosas terrenas.”—Lo que comunico á Vdes. reiterándoles mi consideracion y aprecio.—Dios guarde á Vdes. muchos años. México, Marzo 27 de 1868.—Dr. Tomás Baron, secretario.

PRIVILEGIOS DE INDIAS.

Que en causas de Indios, aunque sean criminales y del último suplicio, denuncien y depongan como testigos los eclesiásticos, sin incurso de irregularidad, como no ponga la declaracion ni deseubran el siglo de la confesion.

Este es el breve 34 del Sr. Paulo III, cuyo sumario tomamos de la Crónica Beaumont, tomo 5, lib. 2, cap. 22, pág. 65. Dice así:

“Expone nobis nuper fecisti, et infra.”

“Refiere, que habiéndole participado el señor emperador que aunque habia prohibido con severísimas penas, tanto á los pueblos como á los españoles de las Indias, que ninguno presuniese tratar inhumanamente a los indios que le servian y á los demas habitadores de la Nacion índica, con el pretexto de que estaban rudos en la fé católica; no obstante, los trataban con tanta crueldad y los reducian á tan miserable servidumbre, que por semejantes atrocidades muchos de los indios morian, y otros temian reducirse á la fé católica; y que como lo regular era que las personas eclesiasticas, quedandose, como se quedaban en los pueblos y lugares, yéndose los más fuera de ellos á sus labranzas y negociaciones, viesen estas crueldades, para

usque ad nos pervenit á saeculo in saeculum? Nonne ipse est Deus qui nunc loquitur, et os nostrum aperit, sicut olim ora Prophetarum? Quare ergo nunc verbum ipsum factum est velut aes sonans, aut cymbalum tenniens, ita ut evangelicae sententiae in cordibus hominum non fecundent? Quaeramus causas, fodiamus radices, quas fortasse in nobismetipsis inveniemus.

Prima est defectus rectae et purae intentionis. Primarius praedicationis nostrae finis ad sanctificationem, et gloriam Nominis Dei; ad cognitionem veritatis; ad removendam ignorantiam, et errores pessimos extirpandos; ad destruenda peccata; ad reformandos mores; ad peccatores convertendos, et viam salutis docendam dirigi debet. Sed quia intentio nostra ad auram, et laudem popularem captandam ducitur, et nostra praedicatione humanos favores expetimus: quia non quaerimus quae Dei sunt, sed nos; ideo bonum sermonis in damnum nostrum et fidelium vertimus: nostrum; quia in vanum laboramus, et mercedem ex ore hominum recipere desideramus: fidelium; quia in cordibus eorum evanescit. Credite mihi charissimi: passio haec tali subtilitate in corde humano se ingerit, ut juxta dictum S. Hieronimi, (1) *difficillius arrogantia, quam auro et gemmis careamus*. Ideo, qui super cor suum vigilant, magno opere curant, ab hoc se purgare vitio: et non defuerunt aliqui, qui á munere praedicationis fugerunt, et nunquam redierunt, nisi postquam Dei gratia, ab hac macula cor suum laverunt. Nec mirari debemus; quia licet saepe officium praedicationis recto fine amplectimur; attamen si hominibus non placemus, non recte recipitur quod praedicamus: cumque placere mens utiliter studet, ad amorem laudis propriae disfluit turpiter, et quae á captivitate vitiorum alios curabat eruere, ipsa suis favoribus incipit captiva servire. Ita Gregorius Magnus: (2) Et haec addit: *Quasi latrunculus est appetitus laudis humanae, qui recto itinere gradientibus ex latere jungitur, ut ex occultis educto gladio, eorum vita trucidetur. Unde evenit quod horrendo modo unum, idemque opus culpa peragit, quod virtus inchoavit*. Et ideo Viri Sancti, vero zelo laborandi ducti, ibi concionare desiderant, ubi honor, et laus hominum non tam facile reperitur, ut accidit in suburbanis, ruricolis, carceribus, domibus pauperum, et aliis hujuscemodi.

Aliam causam invenio ut fructus praedicationis vacuus fiat: in stipendio scilicet quod á fidelibus recipitur. Possunt quidem Praedicatores id recipere, ut docet Apostolus; (3) attamen

(1) Epist. 30.
(2) Cap. 9, Job. lib. 9, cap. 13. (3) I id Corinht. 9.

si eo praecipue moventur, perverso ordine terrena coelestibus mercantur. (1) Qui enim evangelizat ut manducet, ordinem rerum pervertit. (2) *Necessitas*, ait Augustinus, (3) *exigit accipere unde vivatur; non tamen venale est Evangelium, ut pro his praedicetur. Verus Praedicator*, ait Gregorius (4) *non ideo praedicare debet ut in hoc tempore mercedem recipiat; sed ideo mercedem recipere, ut praedicare possit*. Quisquis ergo praedicat, ut hinc mercedem recipiat, ab aeterna procul dubio mercede se privat. Quid ergo dicent ad haec qui conciones majoris stipendii anxie quaerunt, et non aliter praedicare volunt nisi antea eleemosynam taxatam sciant, aut de ea conveniant? Nonne hi propria stipendia quaerunt, plus quam animarum bonum? Videamus igitur qualiter in hac re nos gerimus, ne fidelibus praebemus occasionem scandali, si in nobis oculus ad pecuniam notant, et quod magis aviditate, quam zelo Dei evangelizamus.

Non minus coelestis doctrinae virtus evanescit, dum Concionator sanctitate caret. Si hic enim maculatam habet animam, qua fronte audientes reprehendere poterit? quam vim habebunt exhortationes ejus frigidae? nullam certe; quia ut ait S. Gregorius, (5) *loquendi perditur auctoritas quando vox opere non adjuvatur*. De se ipso fatetur S. Augustinus (6) *tremere cum legebat illam Domini sententiam: peccatori autem dixit: iquare tu enarras justitias meas?* Quomodo ergo Praedicator alios arguet in eo, quod se ipsum condemnat? (7) Quomodo confidit, esse ducem caecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in Lege? (8) Misitabilis praesumptio! quia ille qui alium docet, prius se ipsum docere debet: et qui in Lege gloriantur, per praevagationem Legis Deum inhonorant. (9) Nihilominus, Praedicatores videmus, et ploramus, qui cum vitiis abundant, contra vitia clamant. Grandis temeritas! quae S. Bernardum ita clamare fecit: (10) *Miror, inquit, audaciam multorum quos inspiciamus,*

(1) De vita et morib. Cleric. S. Bernard.
(2) D. Bernard.
(3) Lib. de Pastor.
(4) Lib. 19, in Job. cap. 10.
(5) In Past.
(6) Psalm. 49.
(7) Poul. ad Rom. cap. 2.
(8) Apost. ibid.
(9) Apost. ibid.
(10) Serm. 28. in Cant.

de suis vineis non colligere nisi spinas et tribulos; vineis tamen Dominicis se ingerere non vereri! Quid est hoc nisi Phariseos imitari illa via à Domino damnata? Dicunt enim, et non faciunt: alligant onera gravia; digito autem suo nolunt ea movere.

Operarii similes dies, noctesque consumere poterunt in sermonibus elaborandis, hosque replere alta et sublimi doctrina, magnisque sententiis, regulasque artis exhaurire, auresque audientium demulcere: sed si opera sua verbis contradicunt, et non faciunt quod docent, totus hic splendor orationis nihil aliud erit, quam arbor foliis plenus, fructibus vacuus. *Conversio animarum*, juxta S. Ambrosium. (1) *non est humanae facultatis opus*. Et *Praedicator non in verborum splendore, sed in operum virtute totam suam praedicandi fiduciam ponere debet*, ait D. Prosperus. (2)

Agnoscant Praedicatores, quod si gratia actuali careant, licet doctiores sint, non erunt de semine illorum virorum per quos salus facta est in Israel. (3) *Bibent quidem aquam mundam: reliquam tamen pedibus suis turbant*, ut loquitur Ezechiel. (4) De doctrina curant, sed non de vita; et ordinem à Deo statutum pervertunt, non attendendo sibi ipsis et doctrinae ut praecipiebat Apostolus Timotheo. (5) *Attende tibi et doctrinae*. Qui non ita se gerunt audiant S. Augustinum loquentem: *exaudi te ipsum durissime, immanissime, surdissime Doctor: quid mihi prodest lingua aurea et cor ferreum?*

Praeterea: ut Concionatores fructificent, non sat est ut culpa gravi careant, nam et omni virtute ornati esse debent; adeo, ut omnibus exemplum sint. Tunc verba sua prout interiori igne repleta, corda intime penetrant. Unde agebat Paulus: (6) *in Ecclesia volo quinque verba in corde, quam decem milia verborum in lingua*.

Sed Scripturas Sacras perscrutemur, et Ecclesiae Annales. Illae nos docent: quod supra Jeremiam descendit ignis divinus: quod labia Isaiae mundavit: quod supra Apostolos segit Spiritus Sanctus: quod Paulus usque ad tertium Coelum raptus est: et denique, quod ipse Salvator quadraginta diebus et noctibus in Deserto jejunavit, et oravit antequam voluntatem Patris palam faceret. Annales Ecclesiae manifestant: quod exempla Vi-

- (1) In Cant.
- (2) Lib. 1 de vit. contemp.
- (3) 1 Machab. 5
- (4) Cap. 34.
- (5) Epist. 1. cap. 4.
- (6) 1 ad Corinth. cap. 14, v. 19.

rorum Apostolicorum peccatores ad poenitentiam reduxerunt efficacius, quam verbam: et ita hortabatur idem Apostolus Philippenses: (1) *Quae et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, haec agite, et Deus pacis erit vobiscum*.

Quot peccatores duxit ad Desertum exemplum Antonii Abbatis? Quot Nationes idolatras Christo dedit admirabilis ille Simeon Stylita praedicans ex sua columna? Similiter Seraphicus Franciscus, et alii in quibus splendor sanctitatis fulgebant? Hac de causa nunquam mihi idoneum videbitur repente conversos, zelo indiscreto ductos, et parum probatos, illico praedicare. Magistri spiritus judicant haec proposita ut quosdam abortus, momenta Dei praevinentes. Non tum, inquit, alas habent ad volandum; et alios jam docere volunt: nondum virtute pollent; et jam eam docere praesumunt. Audite Juvenes, qui adhuc parum probati in virtute et in servitio Dei imbecilles, concionare desideratis à die ipso Consecrationis vestrae: audite, inquam, S. Bernardum. (2) *Quod tuum est spargis et perdis, si priusquam infundaris tu, totus semiplenus festines effundere contra legem arans in primogenito bovis, et ovis primogenitum tondens. Stultus profert totum spiritum suum; Sapiens reservat in posterum. Canales multos hodie habemus in Ecclesia; conchas vero per paucas. Disce et tu non nisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis. Concha imitetur fontem. Non manat ille in rivum, nec in lacum extenditur, donec suis satiatur aquis*. Quid opponetur huic doctrinae tanti Doctoris, et Magistri spiritus? Quid mihi respondebunt recenter ordinati, si facultatem praedicandi non tam facile eis impertiar, donec de eorum vita, et moribus mihi constet, et quod in virtute per aliquod tempus jam probati sint?

Super omnia tamen dubium non est, Concionatorem ornatum esse debere magno zelo pro gloria Dei; intimo dolore pro animabus, quae quotidie pereunt; implacabili odio peccati, et ardenti desiderio pro vita spirituali fidelium. At: Quomodo haec omnia reperientur in eo, in cujus corde non ardet ignis divinus? ex hoc enim illa prodeunt. Et qui in se ipso non accenditur, quomodo alios uret? Nullomodo; *lingua enim frigida ignitum sermonem proferre non valet*, ut praedicabat Arcui—Praesui Valentinus, (3) cui consonat Div. Prosperus his verbis: (4) *Lacrymas quas vult à suis auditoribus fundi, ipse prius fundat, et sic eos compunctione sui cordis accendat*.

- (1) Ibid. cap. 4.
- (2) Serm. 13 in Cant.
- (3) In Conc. 1 in Pentat.
- (4) Lib. 1 de vita contemp.